



## Universitätsbibliothek Paderborn

### Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporum Non Tantvm, Eorumqve Vicariorum munus; sed  
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum  
ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè  
continentur

**Zerola, Tommaso**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Contradictoes.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10447**

de offic. Arch. §. quis enim officium, & in tit. de cons. §. quot actus, num. 4. dicit consuetudinem introduci per duos, vel decem actus, & quando fuerit bis iudicatum. Azo, in sum. ff. vet. rub. 2.

Septimò, consuetudine potest induci, ut quod priùs dabatur Prælato, vel Principi pro munere, & voluntariè, postea successu temporis fiat jus debitum, & coactè, juxta notata in l. si certis annis, C. de pact. tex. & gl. in c. servitium, 18. q. 2. Nav. cons. 4. de cens. nec obstat quòd dixi in ver. legatum, §. 3. quia intelligitur quando quodammodo tyrannicè, vel metu saltem, reverentiali, vel timore, vel aliquo respectu humano, potiùs quàm liberaliter, & sponte illa fuerit introducta. vide in t. p. in ver. prescriptio, §. 2. in ult. vide Gem. in c. 1. ver. non presumitur.

Octavò, consuetudo introducitur actu binario, vel longo tempore, etiam in delictis. Host. in sum. tit. de consuet. §. quot actus, n. 4. c. ita nos, 25. q. 2. leg. 3. in fin. C. de Episc. aud.

Nondò, consuetudo debet probari ab alleganti illam vel ab alleganti illius interruptionem, idem loc. cit. §. quis debet probare, n. 3. cum dilectus, §. si de consuet. & ea probatur per bonos testes, ibidem. nu. 10. cum esset, de test.

Decimò, consuetudo Rom. Ecclesiæ an ubicunque sit servanda, vide Gem. in c. §. fidei, ver. nota istam gloss. de sum. Trin. & fidei cath. Gl. in c. nolite, in ver. & docere, 2. dist. & c. ult. ead. dist. c. aliter, 31. dist.

CONTRADICTORES.

Quotiescunque in Bullis Apostolicis, sive Ordinariorum, quando dicantur incurrere in pœnas impostas in dictis Bullis, vide Staph. de lit. grat. f. 180. num. 4. & infr: ubi dicitur, quòd non incurritur censura apposta in Bullis, quando contradicitur de jure; sed quando contradicitur de facto, ut quia quis prætendit non debere expelli sine causæ cognitione, & sic paratum stare juri, c. licet. de preb. 6. Oldrad. consi: 81. quod incipit, quòd processus, idem Staph. f. 196. num: 1. & nota hunc casum, qui est practicabilis singulis diebus & bis habui in tacto, facit tex. in c. bis cui, de preb. lib: 6. & cap. pro illorum, eodem, Rebuff. in for. no. provis: in ver. contradictores. Navar. cons. de sentent: excom. & hoc potest contingere, quando aliquis vellet contradicere cuicunque possessionem capere volenti, etiamsi fuerit exequutor Apostolicus, quando habet causam justam contradicendi, & non faceret accipere possessionem, ut quia fortassis beneficium erat unitum, vel alteri priùs collatum, vel Bullæ sunt subreptitiæ, vel obreptitiæ, vel quia est juris patronatus, & Episcopus prætenderet, quod sit collativ, quia Papa quando concedit, non intendit auferre jus tertij, nisi de ea fiat expressa mentio, quia adest reg. cancell. de nontoll. &c. facit cap. ex literis, de rescript. & c. ex tuarum, & us. pal. & ibi gloss. in ver. permittat,